



BOLETÍN DEL CLERO
DEL
OBISPADO DE LEÓN.

Etsi Vol. 1.591 decretum hoc relatum fuerit, tamen putamus utile iterum idem referre pro lectoribus qui integra careant collectione hujus operis. Nam in hoc continetur jus commune expresse concinnatum ad dirimendas omnes lites et difficultates inter parochos et saecularia sodalitia, continuo enasci solitas. Decretum de quo agitur est tenoris sequentis.

Decretum Urbis et Orbis.

Jurium parochialium functionum, et praeeminentiarum inter Parochos, et Confraternitates laicorum, earumque capellanos et officiales.

Ad debitum imponendum finem controversiis quae inter Parochos, et Confraternitates saeculares, earumque capellanos, et officiales super juribus parochialibus, et functionibus ecclesiasticis nonnullisque praeeminentiis, seu praerogativis frequenter exoriri, solent, in S. R. C. ab Emo. et Rmo. D. Cardenal Colloredo propositis infrascriptis dubiis, videlicet:

1. An Confraternitates laicorum legitime erectae in ecclesiis parochialibus habeant dependentiam á parochos in explendis functionibus ecclesiasticis non parochialibus.

RESP. *Affirmative.*

2. An dictae Confraternitates erectae in cappellis, Oratoriis, tam publicis quam privatis, adnexis parochialibus ecclesiis, et ab eis dependentibus habeant dictam dependentiam á parochos quoad dictas functiones.

RESP. *Affirmative.*

3. An Confraternitates erectae in ecclesiis publicis habeant quoad easdem functiones aliquam dependentiam á parochio, intra cujus parochiae limites sitae sunt ecclesiae.

RESP. *Negative.*

4. An Confraternitates erectae in Oratoriis, tum publicis, tum privatis sejunctis ab ecclesiis parochialibus, quoad dictas functiones ecclesiásticas, habeant dictam dependentiam á parochio.

RESP. *Negative.*

5. An benedictiones, et distributiones candelarum, cinerum et palmarum sint de juribus mere parochialibus.

RESP. *Negative.*

6. An benedictiones mulierum post partum, fontis baptismalis, ignis, seminis, ovorum et similium sint de juribus mere parochialibus.

RESP. *Negative, sed benedictiones mulierum, et fontis baptismalis fieri debere á Parochis.*

7. An functiones omnes hebdomadae Sanctae sint de jure mere parochialibus.

RESP. *Negative, prout jacet.*

8. An celebratio Missae sollemnis feria V. in Coena Domini sit de dictis juribus parochialibus.

RESP. *Negative, prout jacet, sed spectare ad parochos.*

9. An prima pulsatio campanarum in Sabbato Sancto sit de dictis juribus parochialibus.

RESP. *Negative, prout jacet, sed spectare ad ecclesiam digniorem ad formam Constitutionis Leonis PP. X. num. 22 § 14.*

10. An celebratio Missarum sollemnium per annum sive pro vivis, sive pro defunctis sit de dictis juribus parochialibus.

RESP. *Negative, prout jacet, sed licere confraternitatibus dumtaxat in festivitibus sollemnioribus ejusdem ecclesiae vel oratorii ut in Brundusina sub die 1 julii anno 1601,*

11. An expositio quadraginta horarum, et benedictio, quae fit super populo sit de dictis juribus mere parochialibus.

RESP. *Negative.*

12. An expositio quae fit cum reliquiis, et sacris imaginibus et benedictio quae cum eis fit super populo sic de dictis juribus parochialibus.

RESP. *Negative, et quoad benedictiones cum reliquiis et imaginibus servantur decreta.*

13. An functiones in praecedentibus octo dubiis, videlicet á dubio 5 ad 12 expressae, peragi possint in oratoriis privatis contradicente parochi.

RESP. *Satis provisum in superioribus.*

14. An in dictis Oratoriis privatis Confraternitatum per confratres statis horis recitari possint horae canonicae cum cantu, vel absque alia licentia parochi.

RESP. *Affirmative, nisi aliter Ordinarius, statuatur ex rationabili causa.*

15. An in dictis Oratoriis privatis sit licita celebratio Missae privatae, assentiente Ordinario loci, et contradicente parochi.

RESP. *Affirmative.*

16. An cappellani Confraternitatum possint populo denunciare festivitates et vigiliis occurrentes in hebdomada absque licentia parochi.

RESP. *Affirmative.*

17. An parochus, invitis confratribus, docere possit doctrinam christianam in praedictis ecclesiis, et oratoriis publicis, vel privatis á parochiali divisis et separatis.

RESP. *Negative.*

18. An in saepedictis ecclesiis publicis Confraternitatum possint haberi publicae conciones, etiam per totum cursum Quadragesimae vel Adventus cum licentia Ordinarii, et absque licentia parochi.

RESP. *Affirmative.*

19. An in eisdem ecclesiis possit celebrari Missa sive lecta sive cantata ante Missam parochialem sive lectam sive cantatam.

RESP. *Negative, nisi aliter Episcopus disponat.*

20. An ad parochum spectet facere officium funebre super cadaveribus sepeliendis in saepedictis ecclesiis et oratoriis publicis confraternitatum.

RESP. *Affirmative, quando tumultandus est subjectus parochi, intra cujus fines est ecclesia vel oratorium.*

21. An intra ambitum earumdem ecclesiarum fieri possint processiones, juxta cujusque Confraternitatis Institutum, absque interventu, vel licentia paroochi.

RESP. *Affirmative.*

22. An eadem processiones fieri possint extra ambitum dictarum ecclesiarum, absque licentia illorum parochorum, per quorum territorium transeundum est.

RESP. *Negative, nisi adesset licentia Episcopi.*

23. An in dictis processionibus cappellani Confraternitatum possint deferre stolam.

RESP. *Negative extra propriam ecclesiam.*

24. An Episcopo accedenti ad ecclesias publicas Confraternitatum, quae non sint regularium, neque proprium rectorem beneficiatum habeant, porrigendum sit aspersionum á parochis, in cujus territorio sunt sitae dictae ecclesiae.

RESP. *Negative.*

25. An earumdem ecclesiarum et Confraternitatum rectores et cappellanos possit parochus, cessante speciali ac legitimo título, et ex solo jure parochialitatis compellere invitos ad assistendum functionibus ecclesiae parochialis.

RESP. *Negative.*

26. An in saepedictis ecclesiis Confraternitatum neque parochialibus neque regularibus, retineri possit S. S. Eucharistiae Sacramentum sine speciali Indulto Sedis Apostolicae.

RESP. *Negative.*

27. Praesupposita facultate retinendi, an possit infra annum publice exponi, sine licentia Ordinarii.

RESP. *Negative.*

28. An possit parochus se ingerere in administratione oblationum et eleemosynarum in saepedictis ecclesiis reollectarum, vel capsulae pro illis recipiendis expositae clavem retinere.

RESP. *Negative.*

29. An in ecclesia parochiali confratres, vel eorum cappellani immiscere se valeant, invito parochis, in ejusdem ecclesiae functionibus sive parochialibus sive non parochialibus.

RESP. *Negative.*

30. An Confraternitates sive sint erectae in ecclesia parochiali, sive extra illam, possint pro libitu, et juxta uniuscu-

jusque peculiaria statuta Congregationes suas fácere, absque interventu, vel licentia Parochi.

RESP. *Affirmative, dummodo non impediant functiones et divina Officia.*

31. An possint propria bona administrare, ac de illis disponere, absque ulla dependentia á parochi.

RESP. *Affirmative.*

32. Quando parochus eisdem Congregationibus intersit de mandato Ordinarii, et tamquam ejus delegatus, an possit suffragium decisivum ferre. Et quatenus affirmative.

RESP. *Negative.*

33. An etiam suffragium duplex.

RESP. *Negative.*

Et ita salvis tamen conventionibus et pactis in erectione Confraternitatum forsam factis concordiiis inter partes initis, et a S. Sede approbatis, indultis, constitutionibus synodalibus et provincialibus et consuetudinibus immemorabilibus vel saltem centenariis declaravit, ac decrevit: si SSmo. Domino Nostro videtur.

Die 10 Decemb. 1703.

Et facta deinde per me Secretarium de praedictis Decretis SSmo. Dno. Ntro. relatione, praevia eorumdem integra lectura, SSmus. laudavit benigneque approbavit, et publicari, et non obstantibus quibus cumque aliis in contrarium facientibus servari mandavit.

Die 12 mensis januarii 1704.

(Acta S. Sedis, fasci. VIII. Maiitis 1890.)

DECRETOS DE LA SAGRADA CONGREGACIÓN DE RITOS.

GANDAVEN.—I. Antabernaculum in quo asservatur SSimum. Sacramentum debeat in altari maiori necessario collocari?

II. Et quatenus negative, quaenam regulae prae oculis habendae sint in constructione altaris pro asservando SSimo. Sacramento?

III. Si in altari maiori adest expositio perpetua SSimi. Sacramenti veluti fit in Ecclesiis Sanctimonialium Adoratricum, re-

quiriturne ut in alio altari laterali ponatur tabernaculum in quo extet SSma. Eucharistia pro Communionem fidelibus distribuenda?

Ad I. Negative.

Ad II. Regulae in casu servandae prudenti arbitrio Ordinarii determinetur.

Ad III. Affirmative.

Atque ita rescripsit, die 18 Maii 1878

SANCTI IACOBI DE CHILE.—An in Missa Conventuali Dignitates et Canonici ad Confessionem et Benedictionem stare debeant etiam et quando sacris vestibus non sunt induti?

R. Affirmative iuxta alias decreta.

Atque ita respondit, die 27 Iulii 1878.

BERGOMEN.—An quotiescumque tempore Quadragesimae ex speciali indulto recitatur in Choro die Dominica post Vesperas et Completorium Matulinum cum laudibus insequentis Feriae II, ad preces feriales ac suffragia Sanctorum standuro sit etiam in antiphona feriali B. M. V. in diebus Dominicis?

R. Negative.

Atque ita declaravit, die 3 Augusti 1878.

SENEEN.—Quum tempore Paschali administrandum est Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum ante vel post Missam de Requie, debentne dici Oratio et versiculi de tempore, atque *Alleluia*?

R. Affirmative quoad orationem et versiculos; negative quoad *Alleluia*.

Atque ita declaravit, die 26 Novembris. 1878.

MILWAUKIEN.—Cum multis in locis illis regionis mos invaluerit omittendi aspersionem aquae benedictae in Dominicis etiam ante Missam principalem vel parochialem non cantatam, quaeritur utrum haec consuetudo servari possit?

R. Benedictio de qua agitur praescripta tantum est ante Missam Conventualem, quando haec celebratur cum cantu et ministris.

Atque ita respondit, die 9 Decembris 1878.

Declaraciones importantes.

Los Sacerdotes ciegos obtienen fácilmente de la Santa Sede facultad de celebrar todos los días la Misa votiva de la Santísima Virgen ó la de *Requie* en vez de la propia del oficio de cada día. En 1883 se suscitó una duda sobre este particular, y se elevó á la Sagrada Congregación de Ritos la siguiente pregunta: «An Sacerdos coecutiens qui indultum obtinuit celebrandi Missam votivam B. M. V. et de Requie, teneatur in semiduplicibus et feriis simplicibus celebrare sub gravi Missam de Requie, vel possit ad arbitrium celebrare Missam B. M. V.» La Sagrada Congregación respondió en 12 de Abril (Gardelini, núm. 4.594):

Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

El año próximo pasado se hizo otra consulta sobre la misma materia á la Sagrada Penitenciaría. Como el privilegio que se concede es expresamente para poder celebrar la Misa votiva de la Virgen *pro tempore*, se preguntó:

«An Sacerdotes coecutientes qui obtinuerunt Rescriptum a Sacra Poenitenciaría, strictim stare debeant Rescripti verbis, et variare votivam secundum tempus?»

En 17 de Julio la Sagrada Penitenciaría contestó:

Affirmative, nisi rationabili causa excusentur.

La junta diocesana para los Congresos católicos, en sesión del 18 del actual, acordó que cada uno de sus individuos se subscribiera como socio titular del próximo Congreso católico nacional de Zaragoza; y se dirigiera una excitación tanto á los Sres. Sacerdotes como á los seglares de la Diócesis, para que auxilién al Congreso con su ciencia, influencia ó recursos, ya inscribiéndose como socios activos titulares, ya como honorarios.

Los que deseen ser miembros del Congreso, han de pedir la inscripción al Sr. D. Enrique Almaraz, Secretario de la Junta central de Madrid, calle de la Pasa n.º 3; ó á D. Florencio Jardiel Secretario de la Junta local de Zaragoza, canónigo de aquella catedral.

Al pedido han de acompañar diez pesetas y expresar su nombre, apellido, domicilio, y si desean ser titulares ú honorarios; y en el primer caso á qué sección quieren agregarse (son tres secciones: asuntos religiosos; de enseñanza y de caridad.)

SUSCRIPCIÓN abierta en el Obispado de León para atender á las apremiantes necesidades de la Santa Sede.

	<i>Rs. Cs.</i>
<i>Suma anterior.</i>	10786 60
El Ecónomo de Castroponce.	7 »
D. Andrés de Santiago.	8 »
» Feliciano Perez.	1 »
» Francisco de Santiago.	2 »
» Genaro de Cembranos.	2 »
El Párroco y feligreses de Cabezón de Valderaduey.	44 »
El Párroco y feligreses de S. Miguel de Villalón según lista.	137 »
El Párroco 20. D. José Chouza, Coadjutor 10. Venancio Fernandez, Coadjutor 10. Pascasio Cascos 4. Ignacio Dominguez, organista 2. Francisco Calleja 8. Una persona devota 40. Otra id. 20. Otra id. 20. Otra id. 2. Otra id. 1.	
El Párroco de Trobajo de Cerecedo.	20 »
El Párroco de Castellanos.	16 »
D. José Alonso.	4 »
D. ^a María Juana id.	4 »
El Párroco de Abiados.	24 »
D. ^a Bernardina Reyero.	8 »
» Lucía Gonzalez.	4 »
» Gregorio Ordoñez.	2 »
» Felipe Diez.	2 »
El Ecónomo y feligreses de la SS. Trinidad de Sahagun según lista.	41 »
El Ecónomo de la SS. Trinidad de Sahagun 10. Algunos feligreses de id. 18. El Ecónomo de Santiago de Sahagun 8. Rosa Velez de id. 3. Isabel Arenas de id. 2.	
El Párroco de Santa María de Cea.	8 »
El Párroco de Santa María del Rio.	8 »
El Párroco y feligreses de Bustillo de Cea según lista.	44 »
El Párroco 20. D. Eugenio García 6. Tomás Lopez 4. Manuel Tejerina 4. Manuel Caballero 2. Mariano Ampudia 2. Martin Lopez 1. Pio Castillo 1. Serapia Lopez 2. Vicenta Pacho 1. Leonardo Pacho 1.	
El Párroco y feligreses de Vegamián según lista.	39 »
El Párroco de Vegamián 20. D. Ramon Sanchez 8. Julian Suarez 2 Cayetano Bayón 1. Laureano Sierra 1. Juan A. Hurtado 1. Gregorio Espinosa 4. Miguel Fernandez 2.	
El Párroco de Santa María de Villada.	40 »
Recogido en el cepillo de id.	14 »
Suma.	11165 80